



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1652. usque ad annum 1662

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1779

VD18 90119185

§. 40. Salisburgensis & Sylvanectensis Archiepiscoporum fata.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67372](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67372)

cedere. Tandem cum, rheumatismo Sæc. XVII.
 obrutus, nonnisi biduo decumberet, die A. C. 1653.
 vigesima Martii inter luculenta pietatis,
 Religionisque signa placidissime anno
 ætatis suæ septuagesimo quinto Düffel-
 dorffii animam exhalavit, sepultus in
 Divi Andreæ Templo. Successorem ha-
 buit Filium suum unicum Philippum
 Guilielmum patriæ ditionis, virtu-
 tumque hæredem.

§. XL.

*Salisburgensis & Sylvanectensis Ar-
 chiepiscoporum fata.*

Pariter hoc anno, Sylvanectensis Ar-
 chiepiscopus repentina oppressus Hist. Salisb.
 apoplexia, cum super pontem incede- l. 5. c. 33.
 ret, in terram decidens, paulopost de-
 cessit. Eodem hoc anno Paris Comes
 Lodronius Salisburgensis Archiepisco-
 pus, & Germaniæ Princeps, cum per
 plures Menses pedum tumore, & tan-
 dem hydropisi vehementer affligeretur,
 sacris Ecclesiæ sacramentis summa cum
 pietate receptis inter Religiosorum ad-
 stantium preces in Palatio Mirabellæ
 integris sensibus die decima quinta De-
 cembris anno ætatis suæ sexagesimo
 octavo pientissime expiravit. Hic per
 integros triginta quatuor annos, qui-
 bus suæ Ecclesiæ Archiepiscopali præ-
 fuit,

Sæc. XVII. fuit, omnem sollicitudinem, tempus
A. C. 1653. & vigilantiam in commissarum ovium
 salutem impenderat, prudentia sane in-
 comparabili, animo in gravissimis ne-
 gotiis & periculis semper imperterritus
 & maxima erga Deum, Sanctosque
 fiducia, quorum auxilio, assiduisque
 precibus tantum assecutus est, ut inter
 circumgrassantes triennalis belli pro-
 cellas patriam, civesque suos ab hostili
 incurfu & injuria intactos servasset.
 Erogaverat etiam quadraginta quatuor
 florenorum millia pro fundando civili
 jurisprudentiæ Professorum salario, &
 quantumvis Metropolitano suo Capitulo
 alia quadraginta florenorum millia dona-
 dedisset, nihilominus ærarium præsentis
 pecunia abunde instructum reliquit.
 Successit eidem Guidobaldus Comes de
 Thun, anno sequenti die vigesima septi-
 ma Februarii a Capitulo Cathedrali
 electus.

§. XLI.

*Abrogatio Mediolanensis edicti circa
 festivitatem S. Dominici.*

Bull. magn. Sub idem ferme tempus Mediolanensis
Innoc. X. Senatus, inconsulta Sede Aposto-
Constit. 53. lica, & renitente Archiepiscopo die vi-
 gesima Junii per universam ditionem
 literas encyclicas emisit, vi quarum
 omni-